

niencium. stabiliuimus. quod riuulum piscacionis. creplyng. & tantam latitudinem terre iuxta stagnum. quanta est inter pontem predicti riuuli. & riuulum ipsius mansionis essent libere possessure. & huic stabilitati prouinciales omnes astantes assensum adhibuerunt & fauorem. Denunciauimus eciam in sca-rensi placito. coram omnibus uesgotis. & legitime iudicauimus. quod predicte sorores. tali & tanta prediorum latitudine fruarentur possidenda. Huius rei gracia rogamus omnes in christo fideles. & ueritatis amatores. quatinus si quis fortuito predicta predia sororum iam sepius dictarum calumpniatus fuerit. bilinguium & inuidorum relatu non credalis. sed presentis scripti testimonio. inuiolabiliter conseruando. Valete.

Sigillet skadadt.

837.

1226.

Påfl. Legaten, Bisk. WILHELMS Stadfästelse på stadgandet om Biskopsvisitationer på Gottland.

J. 3: 63.

GUILHELMUS Diuina miseracione Mutinensis Episcopus Apostolicæ sedis Legatus. Vniuersis Christi fidelibus has literas inspecturis, in vero salutari salutem. Dilectorum filiorum nostrorum sacerdotum Gotlandiæ precibus inclinati, quasdam consuetudines obseruatas ab antiquo inter ipsos & episcopum eorum, bonæ memoriæ, Carolum, nec non et inter incolas illius insulæ constitutas, et a venerabili fratre nostro Benedicto Lincopensi Episcopo successore suo confirmatas, nec non & a venerabili fratri nostro, Andrea, quondam Lundensis Archiepiscopo, tunc Apostolicæ sedis Legato, Sueciæ primæ roboratas, præsentium auctoritate confirmamus, quarum tenor talis est. Andreas &c. *Se Föregående N:o* 832. Hæc & alia quæ a prædecessoribus eorum inuenimus approbata & obseruata, ne de cætero de his dubitetur, nos eadem approbantes, scripto nostro & sigilli testimonio comunimus. Datum Wijsby Anno Domini M.CC.XXVI.

838.

1231 eller 1232 d. 23 Jul.

Lund.

Påfl. Legaten Cardinalen Orros Aflatsbref för dem, som biträdde till uppbyggande af S:t Johannis Hospitalskyrka i Lund.

A. 5. b. 1: 1.

OTTO miseracione diuina sancti Nicolaj in Carcere Tulliano diaconus Cardinalis apostolice sedis legatus. Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Salutem in domino. Quoniam ut ait apostolus &c. *såsom*